

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 1: De peccatis Caput 6: De gula (5)

Idem (Bernardus):

Calix demoniorum superbia est,
detractio et invidia,
crapula et ebrietas,
que, cum impleverunt mentem et ventrem,
Christus non inuenit locum in eis.

Quomodo ignis et aqua non possunt,
sic spirituales et carnales delitie in eandem non patiuntur.

In epistola ad fulconem lingonensem.

Calix demoniorum superbia est:
detractio et inuidia:
crapula et ebrietas.
Que cum impleverint vel mentem vel ventrem:
christus non inuenit locum.

Quomodo ignis et aqua simul esse non possunt:
sic spirituales et carnales delicie in eodem se non compatiuntur.

Guillelmus Tornacensis, *Liber florum beati bernardi abbatis clareuallensis*, 6.21 (Paris, P. Pigouchet, 1499 [ISTC ib00390000], fol.52ra).

Calix daemoniorum superbia est,
calix daemoniorum detractio et inuidia est,
calix daemoniorum crapula et ebrietas est,
quae cum impleverint vel mentem vel ventrem tuum,
Christus in te non invenit locum.

Non mireris quod dico.

In domo avunculi tui non potes inebriari ab ubertate domus Dei.
Cur, inquis? Quia domus deliciarum est.

Quomodo ignis et aqua simul esse non possunt,
sic spirituales et carnales deliciae in eodem se non patiuntur.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 2.10 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.20, ll.16-21).